non huius perturbationis propria, quæ ab iis audienda est, qui de natura rerum disputant. Quoniam igitur vltima enunciatio, eius, quod sub sensum cadit, opinio est, actionúmque domina est, atque arbitra: hanc aut non habet is, qui in perturbatione est, aut certè sic habet, vt eam habere non sit scire, sed vinolentorum more versus Empedoclis recitare. Et quoniam non est vniuersus, neque similem vim habet ad scientiam efficiendam terminus vltimus, atque id quod vniuersum est: non immeritò etiam videtur id, quod quærebat Socrates euenire. Nō enim tum cùm præstò est illa, quæ verè & propriè videtur esse scientia, existit perturbatio, neque ea scientia à perturbatione conuellitur, sed cùm adest ea, quæ sensu continetur. De eo igitur, qui sciens, aut insciens, sit incontinens: & quomodo vt sciens incontinenter viuat fieri possit, hactenus à nobis dictum sit.

A καὶ πρὸς οἰνωμένου καὶ κεκρουσμένου τοῦ σώματος, καὶ οὐκ ἴδιος τούτου τοῦ πάθους, ὃν δεῖ παρὰ τοῖς φυσιολόγοις ἀκούειν. ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία πρότασις, δόξα τε ἀξιωτοῦ, καὶ κυρία τῶν πράξεων. τούτῳ μὲν οὖν ἔχει ὁ ὢν τῶν πάθεσιν, οὐ οὕτως ἔχει, ὡς ὢν ὧν τῷ ἔχειν ὅπερ πάθῃ, ἀλλὰ λέγων, ὥσπερ ὁ οἰνωμένος τὰ Ἐμπεδοκλέους· καὶ διὰ τὸ μὴ καθόλου, μηδ' ὅπερ ἡμονικὸν ὁμοίως εἶδ δοκεῖν τῶν καθόλου τὸν B ἔρχεσθον ὅρον· καὶ ἔοικεν ὃ ἐζήτει Σωκράτης συμβαίνειν· οὐ γὰρ τῆς κυρίας εἶδ δοκούσης ὅπερ ἡμῖν παρούσης, γίνεται τὸ πάθος· οὐδ' αὐτὸ παρέλκεται διὰ τὸ πάθος, ἀλλ' τῆς ἀξιωτικῆς. περὶ μὲν οὖν τοῦ εἰδότος, καὶ μὴ, καὶ πῶς εἰδότα, ἐνδέχεται ἀκρατεύεσθαι, τοσαῦτα εἰρήσθω.

Κεφάλαιον δ'.

C Πότερον δὲ δεῖ τις ἁπλῶς ἀκρατῆ, ἢ πάντες κατ' μέρος· καὶ εἰ ἔστι, πρὸς ποῖά δεῖ, λεκτέον ἑξῆς. ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἰσὶν οἱ τε ἐγκρατεῖς καὶ καρτερικοὶ, καὶ οἱ ἀκρατεῖς καὶ μαλακοὶ, φανερόν. ἐπεὶ δ' δεῖ, τὰ μὲν ἀναγκαῖα, τῶν ποιοῦντων ἡδονὴν· τὰ δ', αἱρετὰ μὲν καθ' αὑτὰ, ἔχοντα δ' ὑπερβολὴν, ἀναγκαῖα μὲν, τὰ σωματικά· λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα, τά τε περὶ τὴν ἐδωδὴν, καὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωματικῶν, περὶ ἃ τε ἀκολασίαν ἔθεμεν καὶ τὴν σωφροσύνην· τὰ δ', ἀναγκαῖα μὲν, οὐ αἱρετὰ δ', καθ' αὐτά· λέγω δ' οἷς νικᾶν, τιμᾶν, πλοῦτον, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· οὐ μὲν οὖν περὶ ταῦτα παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὑπερβάλλοντας ἐν αὐτοῖς, ἁπλῶς μὲν ἐ λέγομεν ἀκρατεῖς. περὶ πιθέντες δὲ τὸ, χρημάτων ἀκρατεῖς, καὶ κέρδους, καὶ τιμῆς, καὶ θυμοῦ· ἁπλῶς δ', οὐ, ὡς ἑτέρους καὶ καθ' ὁμοιότητα λεγομένους· ὥσπερ Ἄνθρωπος, ὁ τὰ ὀλύμπια νενικηκώς· ἐκείνῳ γὰρ ὁ κοινὸς λόγος τοῦ ἰδίου μικρὸν διέφερεν· ἀλλ' ὅμως ἕτερος ἦν· σημεῖον δὲ· ἡ μὲν γὰρ ἀκρασία ψέγεται, οὐχ ὡς ἁμαρτία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς κακία τις, ἢ ἁπλῶς οὖσα, ἢ κατά τι μέρος· τούτων δ' οὐδεὶς. τῶν δὲ περὶ τὰς σωματικὰς ὑπολαμβάνομεν, περὶ ἃς λέγομεν τὸν σώφρονα καὶ ἀκόλαστον,

CAPVT IIII.

DEinceps vtrùm sit aliquis absolutè incontinens, an omnes ex parte, & certę rei sint incontinentes: tum, si quis est absolutè incōtinens, in quibus versetur, dicendum est. Continenteis igitur & patienteis, incontinenteis & molleis in voluptatibus & doloribus versari perspicuū est. Quoniam autem eorum, quæ voluptatem efficiunt, alia sunt necessaria, alia per se expetenda quidem illa, sed eiusmodi, vt suprà modum experi possint (sunt autem necessaria ea, quæ ad corpus pertinent, ea inquam, quæ in victu & rerum venerearū vsu posita sunt, cæteráq. huius generis, quę ad corpus referuntur, in quibus intemperantiam & temperantiam locauimus, quæ verò cùm minimè necessaria sint, per se tamen sunt optabilia & expetenda sunt, vt bi gratia, victoria, honos, diuitiæ, taliáque bona & incunda.) Eos igitur qui in his præter rectā rationē, quæ in ipsis inest, modū superant, absolutè quidē incontinenteis, non dicimus, sed cum adiectione, pecunię incontinentes, lucri, honoris, iræ: absolutè autē nequaquam, tanquam ab illis differant, & ex quadam similitudine sic appellentur: vt cuidam Olympiorum victori, Ἄνθρωπος, id est Homo, nomen erat: communis enim illius appellatio ac ratio à propria paulo differebat, sed alia tamen erat. Cuius rei hoc argumentum est, quòd incontinentia vituperatur nō solùm vt peccatū, sed etiam vt vitium quoddam aut simpliciter & absolutè, aut aliqua ex parte: horum autem, quos proximè posui, incontinentium nemo sic vituperatur. Eorum verò, qui in corporis voluptatibus perfruendis volutantur iis, in quibus tēperantem atque intēperantem versari dicimus: qui